



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

III. An Deus suos etiam liberos actus conditionate cognoscat futuros.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

sciente vero falsum omnino est, scientiam conditionatam nihil ponere: maxime in Deo, in quo præter formalem suum effectum ponit prædestinationis perfectissimam providentiam, atque infallibilitatem effectus contingentis, ad quem prædestinatur, cumque eius contingentia, & libertate nostra componit. Tale est etiam illud: de quibuscumque fieri possunt propositiones absolute: Categoricaliter, possunt fieri hypothetice, & conditionales: at illæ de rebus omnibus fieri possunt: ergo & conditionales: quod à nostris omnibus merito negatur. Sed quia falsissima est argumenti maior. Cum enim scientia reneget solo nomine, conditionalis eorum solum, quæ inter possibile & absolute futurum medium statum habent: siue inter absolute necessarium, & absolute liberum, seu absolute existentem contingentem, (quod solum in contingentibus, & liberis, siue immediate, siue mediate ab arbitrio provenientibus actionibus, & effectus habet locum, ut constat ex certam. 1.) de his solummodo vera est maior, ut de quibuscumque fieri propositiones absolute possunt, possunt, & conditionales hypothetice fieri, si causæ, & principia, à quibus absolute positis, vel sunt absolute, vel erunt in hypothese, siue suspense ponantur: quod ipsum de eorum omissionibus liberis est. Qui-cumque enim sub vno auxilio consentiens esset, si poneretur, sub aliquo saltem, si daretur, non consentiret, & qui non consentiret sub vno, sub alio consentiret. Id quod mihi certum omnino est: quia cunctis coniunctim sumptis auxiliis eius creatura rationalis resistentia possibilitas eius omnipotentia, & supremo in creaturas omnes, & singulas rationales dominio derogat: creatura vero rationalis omnibus, & singulis cogitationibus in bonum à Deo immutabilibus consensura Dei misericordia, & gratia erga illam detrahit, non parum: atque adeo ex misericordia Dei, & supernaturali dono imprædestinabilem reddit.

9. Nec melioris conditionis tertium aliud Anonymi argumentum. Nihil Deus scire potest, nisi omnes eius causas necessario prærequisitas noverit: ait penitentia Tyrionum, & Sidoniorum, & plurium similiter causas omnes necessario prærequisitas non novit: ergo nec eorum penitentiam sciuit. Minorem probat: quia, quod non est, non scitur: non fuerunt autem signa apud eos facta, neque habita apud ipsos prædicatorum, quæ necessariæ causæ penitentia illius ob illa futura à Christo Domino fuerunt præsignatæ. Quidquid de maioris veritate absolute, & formaliter loquendo sit (quo sensu absolute non est vera: qui enim veritatem sola eius extrinseca positione attingit, uti Deus, causarum cognitione non eget, ut eam cognoscat, licet veritas ipsa earum positione egeat, ut consistat) distinguo maiorem convenienter ad statum eius, quod à Deo scitur, fateor: absolute positas nego: & hoc solum modo causæ penitentia Tyrionum posite non sunt, secus in hypothese, & suspense, quo modo ad illius conditionatam futuritionem fuit satis. Et negatur consequentia. Talis demum est illa eiusdem obiectio: scientia conditionalis dicit compositionem particula si denotatam: quæ compositio simplicissima Dei scientia repugnat. Sed eodem argumento negandum Deo iudicium esset: siquidem particula est denotat etiam virtusque extremæ compositionem, & non est divisionem, quæ simplicitati repugnat. Ea tamen compositio, & divisio tota se ex parte obiectorum, & vocum, seu conceptuum nostrorum habet: non autem ex parte diuinæ cognitionis, quæ simplicissima in se cum sit, diuisa quæque representat. Instat: ergo discursus Deus, & discursus nostris discursibus assentitur. Sed nescio, unde inferat: quia discursus, & nomen, & res dicit deductionem vnius cognitionis ex alia, quæ intellectui omniscientia simplicissima diuinæ prorsus repugnat, ut diximus, atque Anonymus iple supponit.



QVÆSTIO III.

An Deus suos etiam liberos ab absolute conditionato cognoscat futuros.

N, suos etiam contingentes actus sub conditione futuros, sicuti nostros, Deus cognoscat, quæstionis huius nova materia est, ob speciales in eorum cognitione difficultates adiunctas: & in primis futuritionis etiam conditionatæ nomen nonnullis religionem iniecit: quia futuritionem in ordine ad durationem videtur sonare: quæ in Dei actus liberos ipsi ab æterno coætuos minime cadit. Potuissent vero religionem deponere, vel contingentium creatorum exemplo, in quibus conditionata futurio in ordine ad tempus nusquam est: neque ab illo, nisi per inadvertentiam intelligi potest: cum in præsentibus, & præteritis etiam, locum habeat ea futurio, abstractaque omnino, ut diximus à tempore. Quocirca Bortul. d. 4. sect. vi. §. Respondendo in primis num. 305. supponens eam futuritionem dicere carentiam existentia nunc, & existentiam postea, si conditio ponatur (cum solum pro eo statu contingens ab existentia absolute præcindat, non autem eam, suamque durationem neger solus ex nostris æquivocationem pallus de subiecto non supponente potest, quætionem hanc affimare.

CERTAMEN I.

Notanda, & aliorum sententia.

1. Ora primo, sub hanc quætionem non diuina solum decreta, sed & scientiam diuinam, quæ illa sequeretur, si conditio adhiberetur, ob quam decreta à Deo conciperentur, vel quæ de facto secuta est, quia & conditio de facto adhibita, & decreta fuerunt concepta. V. g. de decreto conferendi gloriam, si adesset penitentia tam peccatori, quem de peccatis penituit, quam peccatori, quem de peccatis non penituit, ac de scientia, quæ, si primum penitiret, esset de decreto, & gloria illa, quam de decreto, cuiusque, & gloriæ scientia, quæ absolute est, quia penituit secundum. Abstrahit quippe conditionata futurio à tempore, & eis, quæ in illo aliquando sunt, ut diximus sæpe: ac proinde eam conditionatam absolutam futuritionem pro aliquo tempore, neque includit, neque excludit.

2. Nota secundo: non agi hic de conditionatis omnibus, in quibus est necessaria à conditione ad conditionatum illatio, v. g. si Deus est ens à se, est æternus: si est Pater, est in diuinis filiis: hæc quippe necessaria veritatis cum sint statum medium inter absolute contingentem, & possibile non habent: quare, etsi nomine earum veritatum scientia conditionata sit, re tamen ipsa ad simplicem intelligentiam, sicuti & reliquæ necessariae veritates spectant: quare quæstionis præsentis titulus de conditionatis contingentibus, seu liberis diuinis, quæ nimirum ex sua hypothese, seu conditione non necessario inferuntur, sed oriuntur contingentem, merito inquit, iuxta dicta in simili q. 2. certam.

3. Nota tertio: in conditionatis contingentibus diuinis alia esse, quorum conditio contingentis existentia est: alia, quorum conditio est existentia necessaria. Primi generis conditionata contingentia sunt, quæ creatum aliquid pro conditione habent, ex quo Deus aliquid vel volendum, vel producendum libere moueatur, vel quæ liberam aliquam Dei voluntatem, siue absolutam omnino, siue omnino conditionatam, siue subiective absolutam, & obiective conditionatam, aut liberam aliquam Dei scientiam, ex qua Dei voluntas libere mouetur.

rem, si adesset, pro sui conditione, sortiuntur. Secundi generis conditionata diuina sunt, quorum diuinum ali- quod prædicatum ex necessarii conditio: ea quippe sola ab existentia physice saltem (esto metaphysice prædicantur) non abstrahunt: ac proinde necessarii existentie ea sola sunt. V.g. *Si Deus sit omnipotens, liber &c. mundum crea- re uolet*: quod & contingens est, & conditionate verum considerato Deo pro illo priori maioris vniuersalitatis ad absolutam existentiam decreti diuini de mundi creatione. Oportuit autem duo hæc contingentium conditionato- rum diuinorum genera diuidere: quia in conditionatis de conditione necessario existente ardua est specialis, præter vniuersali generi communes, difficultas.

4. Nota quarto: non omnia, quæ in diuinis conditio- natis contingentia nominantur in hac quæstione voca- ri: etenim, & conditionatorum creatorum scientia ha- bitus in Deo additæ, & iam ab omnibus admissa (quid- quid ad eam iuxta varias scholas admittatur, aut præce- dat) & decreta subiectiue absoluta, & obiectiue condi- tionata (quæ necessaria Dominici Thomistæ ad condi- tionatorum contingentium consistentiam reputant, nostri vero ad id superflua, imo implicata, absolute tamen Deo possibilia arbitrantur) contingentia sunt, & ex ob- iectis suis contingentium nomen sortiuntur: cum autem ea omnia ex parte actus absoluta in Deo sint, inter abso- luta contingentia diuina computanda pro eo statu sunt, quem habent, non inter contingentia conditionata, nisi pro alio statu considerentur.

5. Sed ne de subiecto non supponente videamur insi- stere quæstionem, quinto aduerte: contingentia aliqua conditionata diuina negari minime posse: etenim, etsi Deus, quid hæc, vel illa conditione posita faceret, pos- set absolute decernere decreto absoluto ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti, ut nunc dicebamus; at circa omnia, & in quauis rerum possibili peristit, vel vniuersali decreto, vel particulari bus innumeris, non- nulli otiosi inutiliter, & ipso indigne, actu absolute ex æternitate, & per æternitatem decreuissent: cum eorum præteritis, & peristitis, & operationibus, neque future, vni- uersam in rerum naturam sint, imo neque ad rerum naturam, & futurum, quod est, vel erit, spectent: ac in super ita pro omni occasione quid faciendum sit anticipato decer- nere, his solum, quibus inopinatio possunt occasiones oc- currere (quod Deo repugnat) prudentia vertetur: quare eadem anticipata Dei de omnibus obiectiue conditiona- ta efficaci voluntas subiectiue absoluta eum, vel minus sapientem, vel minus prouidum arguet: quin Domini- canæ recentiores, etsi eiusmodi decreta necessaria ad con- ditionati contingentis futuritionem constituendam affe- rant: non tamen ea necessario à Deo haberi: sed omni- no contingenter, & libere circa eo solum conditionata aiunt, quæ uelit: quare absoluta eorum conceptio ob- hoc, vel illud motum libera Deo est: ac proinde fore sub illo contingentem conditionate, est omnino certum. In super, cum diuinarum decretorum omnino absolutorum libertas notissima sit, atque ab omnibus scholis asserta, in his conditionata contingens futuritio negari minime potest, adhuc à Dominicanis: etsi ægre cum decretis ab- solutis illis suis de conditionata futuritione contingentia rerum saluari queat.

6. His positis, prima sententia docet, Deum diuina contingentia conditionate futura pro eo statu nullatenus cognoscere: ita illi non admodum recentes Thomistæ Dominicani, qui conditionatorum contingentium crea- torum scientiam Deo negant rationibus contra diuino- rum etiam contingentium conditionatorum scientiam communibus: sed specialioribus aliis fundamentis diui- norum solummodo contingentium scientiam Deo negant. Notæ Molinæ i. p. q. 14. a. 13. d. 17. & 18. tum ob impossi- bilitatem supercomprehensionis diuinæ (sine qua actus arbitrii diuini cognosci à Deo non posse ait) respectu diuinum actum scientia ante eorum positionem absolutam eorum actuum absolute contingentie officiat. Citatur Henricus d. 17. de scientia. c. 9. nu. 57. sed solum negat dicta ea conditionata contingentia diuina futura sub con- ditione proprie: quia non concernunt durationem, qua- saltem non fuerint, & postquam sine quam æquiuoca- tur. *Christoph. de Orrego, de Deo Uno, Tomus I.*

tionem præfatione quæstionis huius, & q. 2. certam. i. fa- tis disce.

7. Secunda sententia docet, diuinam contingentia con- ditionata de conditione contingentis existentie à Deo cognosci; secus quæ de conditione necessaria, & indefe- ctibilis existentie sunt. vt. nu. 3. distinximus, & explicui- mus. Ita Diodotus lib. 2. de scient. futurorum conting. conditionatorum. c. 8. nu. 6. verum. *Secundo de his decre- tis liberi*, cuius initio videtur fauere, sed tamen ab eius numeri medio ad num. 9. inclusiue: ea etiam pro signo priori ad suam absolutam existentiam, ut condi- tionate futura à Deo cognosci, late descendit: & quidem secunda hæc sententia potius negat eiusmodi actus di- uinos conditionis necessario existentis esse conditiona- te futuros contingentem, quam scientiam eorum: quia (inquunt eius auctores) eorum conditio purificata est, atque ut talis cognita: quare & decretum contin- gens absolutum, siue absolute existens, ad quem statu purificata conditione transit omne conditionatum, etiam contingens: quare eiusmodi actus liberi diuini quantumvis conditionate fontem, absoluti sunt: atque eorum subinde cognitio ad absolutam Dei præscien- tiam, non autem ad conditionatam eius scientiam spe- ctant.

8. Tertia sententia docet, diuinam conditionatorum scientiam ad diuina omnia contingentia uersum, siue de conditione necessaria, siue de contingentia sint, extendit. Ita Thomistæ omnes, præter paululum uetustiores illos, cum quibus q. 2. pugnauimus. Nostri etiam omnes præ- ter Molinam: Vazquez i. p. d. 55. n. 17. d. 66. & 67. n. 18. Soar. ubi proxime n. 15. Prolegom. 2. de gratia c. 8. Fon- teca to. 3. met. lib. 2. c. 2. q. 4. Annal. d. 47. Henrici proxi- me c. 9. Ruiz d. 77. sect. 2. Diodotus. proxime, Complu- tenses, & Murciani Recentiores, etsi Diodotus, & Complutenses Recentiores contingentia conditionata di- uina de necessario existente conditione à contingentibus diuinis conditionate futuris ablegent, ut num. 7. vidimus, quo, non tam vniuersalem hæc sententiam, quam eius suppositum ex parte negant. Huic sententia, & Nos iam diu subscripsimus.

CERTAMEN II.

Tertia, & communior sententia variis conclusionibus flata.

1. **D**icendum primo: Deum conditionata contingen- tia diuina de conditione existentie contingentis scientia conditionata cognoscere: probarur ex 4. Reg. 18. *Si percussisset, &c. deleuisset Syriam &c. Pl. 80. Si populus meus auuisset me pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliauisset, & super tribulantes eos misisset manum meam*: & frequenter in scripturis Deus dicit, quid ipse decer- neret, sen faceret, quod sine decreto suo nequit, si hoc vel illud homines facerent: quod tamen quia homines plerumque non fecerunt, neque ipse absolute decreuit, à Deo prænuntiata, & præcognita ad statum absolutum non transferunt, ut scientia absoluta prænosci possent: ergo solum cognita à Deo sunt scientia de ipsis conditionata. Hinc vero, & de decretis, quæ à Deo absolute concepta sunt, quia homines id præstiterunt, cognita à Deo fuisse constat in statu anteriori contingentis conditionate futu- ritionis, Quia, quemadmodum absolute præstita ab ho- mine conditione libere absolute à Deo concepta decreta illa sunt, ita libere à Deo concipienda esse, si conditio ab homine poneretur, verissimum est. Dices: ita à Deo ab- solute ex parte actus decretum esse, si conditio poneretur: verum præclusum paulo uetustioribus Thomistis Domi- nicanis, contra quos nunc agimus, hoc effugit est, cum ipsi similia decreta pro contingentium futurorum conditiona- torum scientia, ut ridicula, & inepta execrentur. Secundo: in his, qui admittunt, quam multum diuinationis est, ut veritates istæ, & scientia de ipsis diuina reuelata consistant. Tercio: cum per decreta omnino conditionata

H h 2 sic

fit cognitionis diuinæ cum eis adequatio, & conformitas, absque absoluti subiectiue, & obiectiue conditionati decreti litigiosa necessitate, ad veram de illis scientiam satis erit. Quarto: ea etiam admittenda, saluari debet ab ipsis conditionata decreti sub ea conditione futuri contingentia; quod præfenti sufficit conclusioni. Quinto demum: cum decreta illa subiectiue absoluta, conditionata obiectiue, ob aliquod motuum à Deo concipiuntur contingentem sub eo motuo, & occasione concipienda esse, verum conditionate pro priori ad eorum absolutam conceptionem erit: quare si ad horum conditionatam futuritionem decretis aliis reflexis subiectiue solum absolutis sit opus, in infinitum decretorum processum regrediemur.

2. Dices secundo: illis ipsis decretis subiectiue absolutis, & conditionatis obiectiue, illa, quæ Deus sub conditione fore à se faciendâ, prænuunt, sufficienter apponenda, casu, quo purificatur conditio, quin alia tunc omnino absoluta decreta apponantur: ac proinde non esse in Deo scientiam de decretis illis suis in statu suspensæ futuritionis conditionatæ: nam decreta omnia sua, quæ ad ea præstanda, si conditio ponatur, absoluta ex parte actus sufficiunt, & solummodo sunt: ea siquidem ipsa decreta purificata ab hominibus conditione, in absoluta transiunt: quemadmodum vulgo dicitur conditionata purificata conditione in absolutam transire. Hoc autem admissio, nihil scripturæ loca pro nobis vident, cum in nullo ex eis dicatur decretum omnino conditionatum præfens, foreve sub assignata conditione sua; sed solum effectum à Deo præstandum, si talis conditio ab homine apponatur: quod decreto absoluto subiectiue, & obiectiue conditionato purificazione conditionis in absolutum transiente à Deo satis præstaretur: sed vero assumptum euersionis huius falsum est, nec satis axiomaticum illo fundatum: est enim de obiectis ipsis verum plane axioma sit; ac vero de actibus ipsis voluntatis, quibus ea fore statuuntur, si apponatur conditio, falsum est illos ipsos purificata conditione in absolutos transire: siquidem diversimode conditionata ex parte obiecti voluntas in illud fertur, atque fertur in obiectum idem, iam obiectiue absoluta: illa enim in illud sub conditione, seu conditionate; hæc vero fertur in illud absolute sicuti & conditionata scientia conditionate solum fore obiectum affirmat, absoluta vero fore, aut esse absolute: quare nec prima, purificata etiam conditione, in absolutam eademmet transiit; sed alia scientia opus est, ut absoluta obiecti, seu rei eiusdem existentia cognoscatur. Secundo: si eademmet conditionata voluntas purificata conditione, in absolutam transiit, non posset purificata conditione esse voluntas efficax absoluta de opposito in eodem subiecto simul: siquidem duplex opposita voluntas efficax mutuo sibi repugnat: & tamen quotidie nos eius, quod sub conditione decreuit, efficaciter oppositum purificata conditione (ob quam conditionata efficax absoluta iuxta eam doctrinam redditur) efficaciter decernimus.

3. Tercio: cum purificatur conditio, sæpe voluntas illa conditionata nostra physice non adeit, quod fieri non posset, si eademmet in absolutam physice esset transitura: & eadem inintelligibile, ac imperceptibile profus est, quomodo voluntas eadem, quæ in effectum absolute non fertur sola extrinseca conditionis purificazione, intrinseca sui tendentia in illum absolute feratur: quare profus contingentia decreta absoluta diuina, ut ea, quæ in scripturis sub conditione contingentia à Deo præstanda dicuntur, absolute præstentur, admittenda necessario sunt: quæ proinde ante conditionis purificationem pro statu contingentis conditionatæ futuritionis & sunt, & ita esse à Deo cognoscantur: verum quidem est moraliter, & ciuilitate conditionatas voluntates, purificata conditione, in absolutas transire: quia verum etiam est tam ex voluntate, & decreto conditionato, quam ex scientia conditionata purificata conditione, inferri, & decretum, & scientiam absolutam in Deo immutabiliter decernente, & infallibiliter cognoscente: eius enim decreti absoluti efficacia obligationem conditionatam inducit, quæ in absolutam transiit purificata conditione; cui Deus immutabilitatis titulo, & fidelitatis (si eius ad aliquem promissio intercessit) physice, aut metaphysice deesse

minime potest: & quamvis defectibiles homines utroque modo possint absolute deficere, atque absolutam voluntatem, etiam purificata conditione, physice non ponere; neque tamen tunc moraliter & ciuilitate illa non apponere: quia purificata conditione, independentem à voluntate eorum absolutam, est absoluta obligatio apponendi id, quod sub conditione promissum fertur, seu voluntate efficaciter conditionata alteri intimata decretum est: ac proinde moralis est obligatio apponendi purificata conditione voluntatem efficacem absolutam, sine qua apponi illud à promittente nequit.

4. Ad institutum vero præfens redeundo: est citata scripturæ testimonia plerumque de his solum conditionatis contingentibus diuinis sunt, quorum purificata, & adhibita conditio absolute non est, atque de immediate contingentibus liberis (cuiusmodi sunt diuina decreta) tamen atque efficaciter, licet non atque immediate, de his etiam, quorum purificata conditio est, atque in Deo absolute fuerunt, & de scientia Dei mediate solum libera, & quæ decreta illa, & effectus eorum sequeretur, si apponeretur conditio, & quæ illa absolute posita, sequuta est, probant. Si quidem, ut sæpe dixi, quod absolute contingentem, & libere mediate, vel immediate purificata conditione est, non ideo non habuit, aut perdit statum futuritionis contingentis conditionatæ verum, in quo pro priori maioris vniuersalitatis præcessit: sicuti neque, quod absolute de præfenti est, absolutam sui futuritionem, quam posteriori tempore, vel æternitate habebit, amittit, nec si antea duratione præcessit, perdit antea existisse ex eo, quod nunc absolute exiit.

5. A ratione vero probatur facile conclusio: quia, siue dependenter, siue independentem à decreto absolute ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti (de quo in præfenti non disputamus) verum, vereque enuntiabile est, tam de his decretis, quam de scientia ipsis posteriori, quod absolute in Deo non sunt, quia eorum conditio purificata, & absolute posita non est, quam de his, quæ absolute sunt, quia eorum contingens conditio purificata est vel purificabitur; quod, si ea conditio purificetur, atque apponatur, decreta illa, & scientia diuina apponentur: ut omnia, quibus id ipsum de contingentibus conditionatis creatis probabamus, euincunt: atqui Deus omniscius est: ergo ea omnia, & fore vnumquodque sub conditione, & hypothesi sua, sub qua esset, si apponeretur conditio cognoscit Deus: alioquin omniscius non esset: & de his quidem conditionatis diuinis, quorum existentia absoluta est, quia conditio contingens purificata est, (v. g. de decreto Incarnationis, si Adamus peccaret, ut absolute peccauit, ac proinde decretum à Deo est conceptum) specialis est ratio: quia ex veritate rerum absoluta, quia absolute purificata est conditio, ad veritatem conditionatam eorum sub illa, est euidenter probatio, & consequentia à posteriori: ergo ex veritate cognitionis absolute decreti, aut scientiæ diuinæ ab eo motuo, & causa absolute posita, est etiam euidenter consequentia ad veritatem cognitionis diuinæ de decreto, & scientia illa sub hypothesi, & cognitione eiusdem causæ, & motui. Pro his autem, quæ in Deo non sunt, quia purificata eorum conditio nunquam est, specialiter facit: quia alioqui, si Deus ea sola contingentia, & libera sua cognosceret, quæ absolute talia in ipso sunt, cum plura alia contingentia conditionate futura illius sint, quæ absolute non sunt, quia eorum purificata conditio non est (v. g. omnia decreta ad providentiam connaturalem, & supernaturalem spectantia, si alium, aliosue mundos, Angelos, & homines alios creasset) manifeste fieri, plura, imo, pene infinites plura de suis contingentibus conditionatis Deum ignorare, quam scire. Porro, licet hæc specialia, vnumquodque pro alterutro conditionatorum genere sint ratione communis, & eiusdem utriusque status pro utroque etiam facile quoduis eorum probabit. Tercio probatur: quia, si ea omnia conditionata contingentia sua Deus nouerit, se minime comprehendit. Etenim ad cognitionem, tam voluntatis, quam intellectus sui in tota sua latitudine perfectionis, tam intentionis, quam extensionis, quam earum comprehensio essentialiter importat, debent cognosci omnia decreta, omnisque scientia, quæ Deus sub quauis hypothesi adesset: ergo si ea omnia Deus

Deus non est intellectus, & voluntatem suam non comprehendit. Antecedens probatur primo: quia si ea omnia conditionata intellectus, & voluntatis creatæ Deus non cognoscere, neutrum comprehenderet. Secundo: quia, si omnia sua possibilia decreta, omnemque suam scientiam possibilem contingentem cognoscere, eas potentias suas non comprehenderet: ergo multo minus, si cognoscere omne suum decretum, & scientiam conditionatam, quæ sub quavis hypothese essent: quandoquidem proximus earum actiuitatem, & exercitium elicitorum, (ut sic loquar) pertingunt. Denique à priori: quia alius potentias illas suas non cognoscere omnimodo, & ex omnibus suis actibus in omni statu ex quibus verè, cognoscibiles sunt: ac proinde earum cognoscibilitatem omnem cognitione sua non aquaret, uti aquare debet earum comprehensio. Tandem si horum scientia in Deo admittatur, non poterit Deus diiudicare de nostris pluribus iudiciis circa actus suos liberos sub conditione contingentis futuros, vera ne, an falsa sint: v.g. Christum decernendum, vel secus si Adam non peccaret: neque eorum veritas, vel falsitas cognosci, si eorum conformitas, vel difformitas cum obiecto enunciato cognoscatur, quæ, in cognito obiecto ipso, cognosci sequitur.

6. Dico secundò: conditionata diuina sub conditione necessaria existentia, seu prædicari alterius diuini necessarij fututionem conditionatam contingentem non amittunt, ac proinde scientia proprie conditionali (sicut de futuris similibus hætenus ostendimus) à Deo cognoscitur: est expressa conclusio Soariz citati certam. i. num. 7. & Ruiz d. 77. sect. 4. & Recentiorum: item Bellarm. 2. de amissione gratiæ cap. 17. Fonteca 6. metaph. cap. 2. sect. 8. Soariz iterum opusc. de scientia futur. conditionator. init. & (sicut inconsequenter) Aluarez d. 7. de auxili. & Thomistarum: quatenus asserunt, omne contingens absolutum, (cuiusmodi sunt omnia absoluta Dei decreta) fuisse prius prioritate maioris vniuersalitatis futura conditionate. Est tamen conclusio contra Dicalceum, & Recentiores Complutenses citatos certam. i. num. 7. Probatur: quia, licet in æ, (et si placet etiam in apprehensione) conditio illa, sub qua fore ea contingentia diuina enuntiantur, à sui existentia diuina non prædicatur, quia existentia sua existens est: aut in modo enuntiandi prædicatur: neque enim affirmatur, Deum cuiusque omnipotentiam existere, neque negatur existere. Quod satis est, ut verè affirmetur, fore decretum de mundi creatione, si Deus omnipotens omnipotens, &c. sit: quoniam eo iudicio conditionis, aut decreti illius affirmatur existentia. Confirmatur: quia, licet Deus seipso, & existentia sua imprædicabiliter adhuc existens exercere, & exercita sua existentia sit: ut docuimus pluries controu. 1. & 2. ex modo enuntiandi, cum dicimus: Deus est possibilis, imò, cum id de se iudicat Deus, licet eandem omnino esse suam existentiam, & suam possibilitatem (quia nonnulli existens exercere possibilis Deus est) cognoscat: tamen non affirmatur eius existentia ex modo illo enuntiandi. Confirmatur secundò: quia, licet possibilitas, seu existentia creata vniuersim ab eius existentia non differat, ac proinde existente absolute conditione contingentem nequeat eius possibilitas à Deo cognosci, quin & existentia eiusdem exercita cognoscatur: tamen locus est, ut ex modo enuntiandi non sit in hypothese existentia exercita eius, neque purificata intelligatur conditio: ac proinde, quod futurum absolute quidem est, quatenus sub ea hypothese prædicatur fore iudicatur, futurum solummodo conditionate verè sit, acque enuntietur. Denique confirmatur in nostris principiis: quia omnia prædicata, & attributa diuina metaphysice Dei essentiam consequentia, existentiam in suo conceptu formali metaphysice non elidunt, sicut de eis, & personalitatibus, & proprietatibus personalibus late probauimus controu. 1. de Trinit. d. 6. quæst. 1. per totam: quare ad omnes conditiones omnipotentia, arbitrij, omniscientia æque à sua existentia, æque à Dei essentia abstrahunt: quare ceteri eadem formalissime scientia Dei de sua essentia, & existentia indubium adhuc, metaphysice, cognoscantur, ut docui d. 3. quæstione 1. certam. 2. id tamen ex parte obiecti

præsertim suspense, & in hypothese positi (ut in casu) conclusionis prorsus se habet materialiter.

7. Hinc euangelicum Dicalceum, & Recentiorum Complutensium pro opposito argumentum. Primum est: conditio existentia sua existens absolute, & exercite nequit magis esse, aut cognosci in illo statu, aut modo cognoscendi sine existentia absolute, quam esse, aut cognosci sine sua essentia: atqui cuiusmodi sunt necessaria omnia adhuc præcise diuina enumerata: ergo nullo modo esse, aut concipi præcise ab existentia absolute, & exercita possunt: ergo in hypothese etiam, & sunt, & cognoscuntur exercite, & absolute existentia: ergo in hypothese ipsa est, & cognoscitur purificata conditio: atqui conditionatum quoduis, cuius conditio purificata est, non est conditionatum, seu conditionare futurum, sed absolutum, seu absolute futurum, & præsens, cuiusque cognitio non conditionata, sed absolute: ergo contingentia diuina sub conditione necessaria existentia, seu sub conditione prædicati cuiusvis necessarij diuini non conditionatæ, sed prorsus absolute existentia sunt. Responderetur facile in meis principiis negando minorem syllogismi primi de existentia cuiusvis prædicati diuini attributalis formaliter, nec solum materialiter se habentis ex parte obiecti: essentia enim sua metaphysica nullum attributum diuinum, secundum se formaliter ex parte obiecti est existentia exercita sui, magis, quam Dei essentia. Sed iuxta opposita aliorum principia distinguo primam consequentiam: in statu, & cognitione suspensa debet cognosci formaliter, & exercite eius existentia, nego: materialiter solum concedo consequentiam; in quouis statu, & cognitione non suspensa debet cognosci, ac esse eius existentia formaliter, & exercite, concedo consequentiam: licet enim de essentia, etiam metaphysica existentia exercita necessariorum prædicatorum Dei sit; aut in ordine ad statum illum cognitionis suspensæ, qua hypothesis apprehenditur, quod exercite, & formaliter, siue essentia sua, siue contingenter quæ in hypothese sunt, & cognoscuntur, ac significantur, materialiter se habet: cum in ordine ad eum statum, & cognitionem his vocibus respondentes, si existat omnipotentia, vel Deus sit omnipotens, & decretum, quod sub ea hypothese fore enuntiat eus, quod in hypothese ponitur, existentia exercita, siue essentialis, & necessaria, siue contingens conditionis sic apprehensæ, & veritatis, cum formalis enuntiationis, tum obiectiue totius illius complexi nihil conducat, aut præstet sed, quod casu, quod ea existentia conditionis deus, & conducat ad conditionati existentiam, & cum huius existentia coniungatur. Similiter distingue secundam consequentiam in hypothese, & sunt, & cognoscuntur diuina illa absolute existentia exercite formaliter nego, materialiter concedo: similiter tertiam consequentiam, & nega quartam, & quintam. Oportet enim, ut purificata intelligatur, & sit conditio, ac proinde futurum conditionatum transeat in absolutum, atque scientia visionis absolute obiectum sit, ac non scientia conditionatæ cognosci, ac esse absolute existentiam exercitam formaliter, ita, ut absolute conditioni adsit, ut obiectur, ac de ea absolute possit prædicari: ut autem suspensæ obiciuntur, & apprehenduntur in hypothese si prædicata illa diuina necessaria, neque absolute existentiam formaliter habent, nec de ita solum apprehensis potest absolute exercita existentia prædicari: quare neque purificata per absolute exercitam existentiam sunt, ut intelliguntur.

8. Opponunt secundò Recentiores Complutenses: status conditionatus contingentium conditionatorum prior est prioritate maioris vniuersalitatis statu absolute eorumdem, & à quo ad absolutum non valet subsistendi consequentia, sicut, neque à scientia conditionata eorum ad scientiam visionis, seu absolute existentia eorumdem: quia ex obiecto suo illa prior prioritate maioris vniuersalitatis, quam absoluta eorum visio est: atqui scientia conditionatorum diuinorum sub conditione cuiusvis prædicati diuini necessarij, prior non est prioritate maioris vniuersalitatis, & à

H h 3 qua

qua non valeat subsistendi consequentia, quam absolutam visio, nec status conditionatus obiectivus eorum, quam absolutus: ergo eorum status, & scientia conditionatus, & conditionata non est. Minor probatur: quia valet consequentia à decreto de mundi creatione, si Deus est omnipotens (& similiter de aliis eiusmodi de conditione necessaria) ad absolutam eiusdem decreti existentiam, & visionem absolutam eius, ut patet: quia conditio essentia sua purificata, & absolute existens est: ac proinde nequit esse verum obiectivum conditionate decretum illud, neque vera formaliter eius cognitio conditionata, quin utrumque verum absolute sit. Respondetur tamen facile ex dictis statum conditionatum, ut omnem statum conditionatum complectitur, priorem esse prioritate maioris universalitatis statu absoluto, ac scientiam conditionatam absolutam obiecti eiusdem priores esse prioritate maioris universalitatis formaliter; non autem debere esse priores etiam materialiter, seu ratione materię obiecto, & scientia absoluta, qua solum ratione in conditionatis de conditione necessaria, & eorum scientia probat argumentum ab ipsa absolute, & absolutam scientiam consequentiam valere ratione materię conditionis; formaliter autem loquendo adhuc ex his conditionis, ut in eo conditionato statu obiectivo vero sunt, suspensive cognoscuntur, non valet à conditionato statu, & scientia ad absolutum eorum statum, & scientiam consequentia: nisi ex conditione necessario imo, essentia etiam, si placeat sua metaphysica, exercite existentes ita cognoscantur, & iudicentur vere existere absolute, iudicarique proximè possint: quod nusquam habent, quæ solum in hypothese sunt, & cognoscuntur. Quid autem sit veritas illa obiectiva status conditionati, à qua verus, & non fictus status sit, constat ex dictis in simili de veritate possibilium pro statu possibilitatis, quæ sit. certam. 4. à num. 4. & questione 2. cert. 11.

CERTAMEN III.

Argumenta adversa universalia retunduntur.

1. **M**ulta hic sibi opponunt ex Dominicis Thomisticis Recentiores nostri, qui seorsim, & singularem difficultates, & controuersias de scientia conditionatorum contingentium non disputant; sed omnes, vel eorum plures simul. Nos vero eorum plura omittimus in præfati: quia alias controuersias de cognitione eorum in decreto, vel in seipsis, seu de medio, siue materiali, siue formali, & determinatio cognitionis diuine de ipsis tangunt disputationibus sequentibus exanimandas. Primò opponit Nauarette tom. 1. controuers. §6. §7. scientia conditionata suorum decretorum sub quavis hypothese futurorum ipsi est prorsus inutilis: cum, neque ad creaturarum productionem, neque ad directionem ipsorum absolute habendorum à Deo quidquam referat: ergo à Deo est scienda. Negatur antecedens, quod subsumpta ratio non probat. Tum, quia, licet ad ea ibi numerata utilis non esset; ad diuinæ tamen scientiæ perfectionem, seu, ut omniscientia sit (ut necessarium est) eorum etiam diuinorum contingentium conditionatorum scientia non utilis modo; sed & necessaria omnino est. Tum etiam: quia ad productionem creaturarum, & purificationem conditionis, quare & mediare ad decreta ipsa absolute habenda eorum sub hypothese habendorum conditionata scientia conducit: conduxit enim dubio procul ad Adami creationem, ac de ea decretum scientia hæc conditionata: si Adamum creauero, ei que peccatum permittam, decernam Christum in eius, & successorum Redemptorem: & magnam mei nominis gloriam, & exaltationem. Similiterque scientia conditionata de Michaëlis, & reliquorum Angelorum obedientia, ac demonum inobedientia sub hypothese creationis eorum,

& impositionis præcepti, quodcumque illud fuerit.

2. Obicit idem Nauarette secundo: Decretum primum est primus actus liber Dei: siquidem voluntatis diuine, sicuti & humane est prima libertas; reliquarum vero potentiarum est solum libertas secundaria, & solum quatenus à libito aliquo voluntatis in aliquo eius actu habito exercitio earum actus penduntur, si in Deo deatur suorum decretorum contingentium sub hypothese futurorum conditionata scientia, nec decretum primum erit primus actus liber Dei, nec voluntatis diuine prima, ac primaria libertas: ergo in Deo suorum decretorum sub hypothese futurorum scientia conditionata non est. Consequentia est legitima. Probat Minor: quia ante omne decretum absolutum, & ante omne exercitium liberum voluntatis diuine absolute existens est scientia conditionata decretorum omnium Dei sub hypothese quavis futurorum: deinde erit libera, & contingens siquidem est de obiecto contingentem, & absolute suo modo defectibili, & quod potestate antecedenti diuine voluntatis potuit absolute non esse: cum non habeatur à diuina voluntate adhuc ex hypothese illa necessario; sed libere, atque ita, ut possit sub ea hypothese ab ea non haberi. Calu autem, quod sub ea hypothese habendum illud decretum non esset, eius conditionata scientia, quæ absolute ex parte subiecti in Deo nunc est, nullatenus foret: ac proinde ante absolutam decreti illius libertatem absolute libera ex parte subiecti, licet non ex parte obiecti, scientia illa conditionata erit: ergo erit absoluta eius libertas ante libertatem absolutam decreti cuiusvis diuini: ac proinde non erit absoluta eius libertas secundaria, & participata à decreto absolute libito, & exercitio libero absolute diuine voluntatis; sed potius prima, & primaria à potentia proinde intellectiva Dei immediate participata libertas.

3. Respondeo: libertatem actus, & potentiam primariam diuine voluntatis, cuiusque actibus conuenientem non stare in actus contingentia, vnde cumque illa procedat precise: sicuti neque libertas actus, & potentia primaria humane voluntatis absolute stat in contingentia actus, vnde cumque procedat: alioqui quævis alia facultas, & actus, imo causa quævis naturalis, cuiusque effectus primariam, & immediatam libertatem habebunt: cum absolute vnde cumque sit, creatus cuiusvis potentie actus, & creatus effectus quivis contingentes absolute sunt, & defectibiles. Primaria ergo, & immediata actus, & voluntatis utriusque libertas in contingentia actus, non utrumque; sed à voluntate ipsa, ad quod in voluntate potestas ad actum, cuiusque oppositum, vel contrarium, vel contradictorium (si vel contrarietatis, vel contradictionis libertas sit) omnino indifferens requiritur, ac supponitur: libertasque in actu primo censetur, ac nominatur. Ex quo fit, ut cum actu, & exercite ad actum potius suum præ opposito per actum, ipsum se determinat, ita se determinet, ut tunc etiam in actu primo ad oppositum alterutro modo se potuerit absolute determinare, illo ad quem se determinauit, & per quem exercite indifferenter suam illam potestatem determinauit, prætermisso: quare contingentia, & defectibilitas actus cuiusvis ex illis oppositis à voluntate, cuiusque indifferente ad utrumvis potestate est: contingentia autem, & defectibilitas actus seu effectus à quocumque alia potentia, causave producti, non à sua potentia, causave procedit; sed aliunde: quare, etsi absolute contingens actus, & effectus sit, primariam, & immediatam exercitam, & in actu secundo libertatem non habet: neque potentia, causave suæ libertatem in actu primo supponit, arguitque illius indifferenter ad utrumvis potestatem. Cum autem scientia Dei de suis decretis conditionatis contingens appositio, etsi ex parte actus absoluta, ab intellectu diuini determinatione propria, non proveniat; sed potius à conditionati illius obiecti, seu decreti pro eo statu positi, ad quod pro statu illo representandum intellectus diuinus, vel potius omniscientia Dei determinatur, necessitateque, ac sui impositio extenditur, sit, ut primariam absolutam libertatem non habeat, sicut habet, non quidem à potentia sua intellectiva; sed aliunde, contingentiam, non quidem absolutam, & intrinsecam, seu immediatam sed mediatam, atque ab obiecto participatam extrinsecam, quare, & solum conditionatam.

4. Vnde neque decreti absoluti Dei primariam absolutam libertatem præuenit, tamen præuenit exercitium absolutum contingentiam, quatenus absolutum decretum ut sit sui ipsius sub conditione futuri conditionatum scientiam supponit, quæ purificationem conditionis præcedit, quam absoluta decreti illius existentia sequitur. Etenim cum actus contingentia absoluta ad contingentiam cum absoluta eiusdem primaria, & immediata libertate non dicatur; ut vidimus, poterit absoluta contingentia scientia illius absolute, quasi causalitatis, & naturæ priori decreto illi absoluto præcedere, quin huius absolute libertati absque vlla repugnantia præcedat. Ac pariter contingens absolute scientia illa esse, quin absolute libera sit; sed solum conditionate. Id quod ita planè scientie conditionate cuius de quouique contingentia conditionato vñ venit, siquidem mediata solum extrinsecam, mutuoque acceptam libertatem à suis obiectis habet, cum eam à sua intellectiva potentia immediate trahere in sui conceptione nequeat; quare nec aliam ab ea, quam eius obiecta alteriue rationis libertatem habebit: nempe, vel absolutam, si eius obiecta libera absolute sint, vel conditionatam solum, si (ut in præfati) sint libera solummodo conditionate. Dices: nihil præter decreta libera Dei posse esse absolute contingens, quin absolutum Dei contingens decretum supponat; ad hanc vero scientiam conditionatam de contingentibus diuinis conditionatis actibus, nullum absolutum, & contingens decretum Dei supponi; ergo & ipsa absolute contingens, non absque repugnantia admittitur. Negatur absolute Maior: In diuinis actibus, præter decreta scientia quippe Dei essentia sua omni-scientia actualis, & formalis præsentatio etiam exercite, quantum de se est, omnium veritatem est, quin alio, quam extrinseca obiecti, & veritatis positione egeat; ut ad illud terminetur, ac determinetur absque vlla potentia alicuius contingentia actiua determinatione: quare quod satis est, ut in statu apto obiectum apponatur, satis est, ut ad illud contingens terminatio, ac determinatio scientie consistat. Satis autem conditionata cuiuslibet contingentis huius creati, siue increati futuri absque actuali aliquo decreto Dei, ut itatum cognitioni sui aptum fuerit.

5. Præueni aliam Nauarræ instantiam: quod scilicet, cum scientia conditionata in se primario, & immediate libera non sit, debet esse libera ratione alterius, quod in se primario, & immediate liberum sit; nequitque esse aliud, quam decretum: ergo proinde aliquod Dei decretum absolutum debet ad scientiam istam supponi. Negatur enim consequentia: quia, ut diximus, scientia hæc nullatenus libera absolute, adhuc mediate, est; sed conditionata solum libertate mediata, extrinsecusque mutata à suo conditionato obiecto: vnde propriè mediata inter absolute liberam, & absolute necessariam merito dicitur, ut d. penult. dicemus, quo & præcedens proximè obiecto enaturat: siquidem admittit absolute maiori, scientia media absolute libera & contingens eo sensu, non est, quod si absolute esse illam in Deo, potius seque absolute non esse, quare & absolute contingentem esse contendas passivè quidem mere habet, non actiue à sua potentia sed solum à suo obiecto non, qua actiue, sed, qua terminatio solum, vnde cumque illud actiue in suo statu conditionato ponatur, ut autem terminatiue contingentiam absolutam scientia suæ causet, existentia absoluta sui opus non habet, ut ad illam actiue causandum opus haberet; inde vero perspicuum est maiorem obiectiōis eius de quouis actu aut effectu contingentem, & absolute propriè etiam ex parte obiecti veram esse, alit, cum ex parte obiecti actus conditionatus est esse falsam esse enim contingens quodvis, futurum, adhuc conditionatum, è Dei libera determinatione debet necessariò procedere, cum ad eum statum, Dei determinationem, si cui reliqua principia contingentis illius, in hypothesi potius satis sit, ut proportionate ad statum illum contingentis præcedat: atque mediatè scientiam absolutam ex parte actus, & conditionatam ex parte obiecti terminatio huius instantiū absolutum eius esse non requirit, causat, & antecedat.

6. Obicit Molina: decreta conditionata libera non sunt determinata in se veritatis; ergo nec in se cognoscibilia; sed neque in sui causa voluntate diuina ad vtrumvis

indifferenti; ergo neque in ea possunt cognosci: Probat consequentiam: quia in causa indifferente, & indeterminata nequit cognosci effectus, seu actus determinatus præ eius opposito, nisi per super comprehensionem excedentem in linea cognitionis cognoscibilitatem obiecti, quod cognitioni diuinæ respectu diuinæ voluntatis æquè in genere obiecti infinita repugnat. Negatur prima antecedentis pars ex dicendis d. de mediis materialibus diuinæ cognitionis iuxta ipsius Molinæ doctrinam, quem miror, id pro antecedenti assumere: cum in conditionatis contingentibus creatis determinatam veritatem, & cognoscibilitatem cognoscat, & contra Thomistas Dominicanos euincat eisdem rationibus, quæ æquè idipsum euincunt in contingentibus conditionatis diuinis. Principium aliud de supercomprehensionis causæ indifferentis ad vtrumvis, & indeterminatæ necessitate, ut in ea actus determinate futurus præ suo opposito cognoscatur, ipsius Molinæ proprium est; sed falsum confutandumque à nobis d. de mediis formalibus scientiæ diuinæ: eoque permissio, cum super comprehensio causa indeterminatæ, & indifferentis eatenus solum Deum duceret in cognitionem actus determinatæ præ eius opposito futuri, quatenus perfectissima causæ illius penetratio est; idque etiam respectu suæ voluntatis Dei cognitio habeat, quod respectu eius supercomprehensio non sit, atque excessum non habeat respectu illius, quem habet respectu causæ creatæ entitatum, nihili ad rem præsentem attinet; cum nil cognoscibilitatis, & penetrabilitatis voluntatis diuinæ in se, & in ordine ad suos actus scientiam Dei lateat, quæ ipsius perfectissima comprehensio est, & Molinæ sensu præfati supercomprehensio dici possit.

6. Opponit vrgentius Molina 1. par. q. 14. ar. 13. d. 17. verbi; quare fortasse aliquis & d. 17. verbi: Præterea ut disputations, ex quo Albeda 1. par. d. 45. sect. 5. num. 43. & Perdu. relect. de Scient. med. pag. 13. & 36. ubi Molinæ argumentum esse recognoscit. Ne autem puri transcriprores videantur, nonnulla de suo addunt, quæ, quia soluta faciliora, prætermittit. Sic autem argumenti difficultatem totam à Molina propositam efformo: In Deo est scientia decreti sui conditionati, sub hac nimirum, vel illa conditione futuri; ergo hæc scientia conditionata Dei præcedit eiusdem decreti absolutam positionem prioritate naturæ, seu quasi naturæ, quæ inter diuinos actus non repugnet. Probatur consequentia: quia purificatio conditionis, atque absoluta positio ex ea scientia est, ut ex perfecta providentia absolute ponatur, cum conditio, tum decretum, & quod per ipsum decretum, appositurque vterius Deus est: quare tandem decretum ipsum, & per illud apponenda in statu absolute ab eius conditionata scientia, etsi mediate, pendebit: ac proinde illam absolute positam pro naturæ, vel quasi naturæ, priori supponet. Hinc inferet ergo scientia conditionata decreti destruet eius in statu absolute libertatem: ac subinde, & in statu conditionato, cum vtriusque status libertas eadem sit, solo statu differens: quare, & scientia eiusmodi suum destruet obiectum, critque implicatoria. Prima consequentis huius pars (ex quo reliqua legitime inferuntur) probatur: quia & scientia hæc conditionati decreti est inconiungibilis, purificata conditione, cum negatione, seu omissione decreti: quare ex suppositione ipsius, & purificatione conditionis nulla est potentia, adhuc antecedens, ad omissionem decreti apponendam, nisi chimærica: erit enim potentia ad coniungendum duplex contradictorium, siue impossibile qua impossibile. Cum autem conditionis absoluta positio, & scientia item, ex qua conditio apponitur absoluta existentia pro naturæ priori ad absolutam decreti appositionem supponantur: ac proinde nec aufertur ab illo possint, nec impediri, nequit decretum absolute omitti, quin illa cum omissione decreti coniungi possint, quod ut diximus, contradictoriam inuoluit.

7. Hoc argumentum vrget, inquit Molina, cum in eo, à quo concipiendum absolute decretum est: nempe in Deo, & scientia de conditionato decreto, & de purificatione absoluta conditionis sub qua fore cognitum est, coniungitur, & antecedit: siquidem vtraque scientia præhabita ab eo, qui decreturus absolute est, conatus in oppositum decreti non nisi frustraneus esset, & amentissimus, vrgeret conatus in impossibile cognitum ut impossibile. Verum

Verum ut ex argumento constet, eadem vis eius est, etsi scientia utraque in Deo sit, & contingens à voluntate creata apponendum; imò etsi sola scientia in Deo præcedat, & extrinseca sola purificatio conditionis apponatur. Cum enim, ut diximus, conditione apposta, nequeat contingens absolute non esse, nisi scientia conditionata Dei, quæ supponitur, deficiat, falsave reddatur, atque implicet utrumque, nulla potentia eis antecedenter, & pro natura priori politis fieri potest, ut cum eis à creatura decreti cogniti sub ea conditione ponatur omisso: sin verò, vel id fieri aliqua potentia absolute potest, etsi utraque in Deo decreto absolute scientia præcedat, omitti à se decretum absolute posse cognosceret: quare neque si omittente velit decretum, conabitur in impossibile cognitum, ut impossibile: obiectio ergo specialem contrascientiam Dei mediam de suis actibus contingentibus difficultatem non habet; sed æque omnem scientiam mediam de conditionatis contingentibus nostris impugnat: quare communis solutio erit occurrendum, quam fusius dabimus controu. 7. de decreto collatio auxiliij efficacis, & scientia, qua reguletur, disputantes. Breui nunc respondeo: scientiam illam conditionatam, quæ physice præcedit, purificationem conditionis, & contingens absolute quod sub ea fore, repræsentat, connexam de se adhuc purificata conditione physice non esse; sed solum cum suo conditionato obiecto, eiusque ratione, & connexione (quæ solum consequens est) cum absolute contingenti connecti: quare, & necessitate, & connexione consequente solum. Item ratione futuritionis conditionata, cum qua uti suo obiecto connectitur, dependentiam habet à contingenti absolute, cum purificatur conditio. Si enim tunc absolute non apponeretur contingens, futuritio conditionata, ac subinde nec scientia conditionata, non foret: quare & scientia ipsa ab absolute contingente in sui positione, & existentia pender, potuitque impediri, ne esset, ac præcederet pro priori, quo fuit, ac præcessit: quocirca neque absolute contingentis potest libera positioni obesse, quam in alio ordine exercitiam supposuit, ut in alio præcederet: neque usquam in casu dicto potestas ad coniungendum duplex contradictorium, antecedens admittitur. Mutuum verò hanc causalitatem, & diuersum genus utriusque explicare, æque à nonnullis difficultatibus expedire loci proxime citati proprius est.



QVÆSTIO IV.

An futura absoluta, etiam contingentia, secundum se, qua talia, diuinam terminent cognitionem, sintque proinde obiecta saltem materialia ipsius?

DE absolute existentibus de presenti dubium non est, quin diuina cognitione attingantur secundum se, sintque proinde ipsius materialia saltem obiecta: quia de eis nulla potest esse, vel difficultatis vel æquiuocationis, aut paralogismi occasio, ut omni scientia Dei non repræsentari iudicentur: cum actu in se sunt, ac entitatem, & veritatem metaphysicam cum ente conuertibilem habeant, extra quam nullam veritatem cognoscibilem, atque enunciabilem aliqui recognoscunt: licet ex hoc eorum iudicio difficultas illa contra scientiam diuinam Deique ipsius immutabilitatem, grauius recentiorum sententia humana naturali ratione insolubilis, acuat; & augetur: inquirimus autem in presenti solum an futura, nondum in sua propria duratione existentia terminent diuinam cognitionem, sintque secundum se, & ut futura nondum, relatè ad durationem creatam successiuam durationem, existentiam absolutam haben-

tia obiecta saltem materialia illius: ut (sicut in præcedentibus de possibilibus, & futuris sub conditione obiectis) à quæstionibus de medijs, tam materialibus, quam formalibus, seu determinatijs dignæ scientiæ, ut circa futura ipsa veretur, postmodum rectè methodi causa instruendis abstrahamus.

2. Futurum autem omne, creatum necessario est: cum, quicquid diuinum est, siue ex prædictis necessarijs, siue contingentibus eadem Dei æternitate indiuisibili, ac tota simul ab æterno & in æternum sit, ac duret: cum autem creata omnia, & singula esse, & existentiam actualem in se independentem à Dei decreto libero aliquo habere non possint: sit, ut futura omnia absolute contingentia, & libera sint: quia decreti diuini libertatem exercitiam supponunt, à qua libere & contingentem existentia secundario denominantur: sicuti, & causarum, & facultatum arbitrio & libertati nostræ subditarum opera libera, & contingentia sunt, ac dicuntur respectu, nostræ etiam voluntatis, sine cuius exercitio antecedenti non sunt, & à quo secundario libera & contingentia denominantur. Quoniam vero libertas, & contingentia illa secundaria à præuio exercitio libertatis diuinæ futuris omnibus (seu à causis necessarijs secundis, siue à causis secundis liberis, mediate, vel immediate, oriuntur) conueniunt, ut hæc ab illis diuidantur, ratio & causa esse non potest: cum autem specialis sit in his, ex libertate, quam à voluntate creata etiam specialiter habent, quæ non in illis, difficultas, seorsim propterea à Theologis examinanda: futura contingentia, & libera specialiter ex libertate arbitrij creati, ab alijs diuidendo, futura contingentia, & libera absolute; alia vero reliqua futura necessaria Theologi nominantur, in presenti ergo quæstione de futuris, solum qua futuris, & qua, tam futura necessaria, quam libera, & contingentia respectu nostræ libertatis, in eis continentur, inquirimus, ut communem utrique difficultatem examinemus.

CERTAMEN I.

Dominicanorum Recentium futuritionis contingentium formalis constitutio exploditur.

1. **R**ecentiores Dominici Thomistæ, quos refert Hieronymus Viues (& ipse Dominicus Thoma) de primatu diuinæ libertatis aduersus scientiam mediam d. 1. & d. 10. & d. 18. asserunt contingentium futuritionem puram formaliter, dicere quidem futuri de presenti negationem absolutam, non autem absolutam eius existentiam pro ulteriori duratione; sed determinationem anteriori duratione, ut absolute existat pro posteriori. Hanc sententiam idem Viues citatis locis amplectitur, multisque stabilire conatur argumentis. Porro determinationem hoc futuris, ut existant posterius, decretum Dei de eius futuritione in sua & suorum sententia dicit esse Viues, citata d. 1. nu. 30. & nu. 118. Et hanc sane sententiam præfati Dominici Recentiores consecrariam doctrinæ suæ de auxiliorum efficacia, & scientiæ medietate tenent; cum tamen nihili suarum sententiarum referat: etsi enim futuritio rei posteriori existentia inadæquate, iuxta communem omnium aliorum sententiam, ipsa terminorum apprehensione notam, formaliter constitueretur, dummodo ad eam pro ea decretum illud Dominicanum necessarium eius principium admitteretur, satis pro suis sententijs haberent: sed, cum tantis iter suarum harum doctrinarum difficultas, maioris adhuc stare voluit, ut alio pugnam diuertant: quo, non bene solum (ut vulgo iactatur) sed, male etiam soluturos pignora non dolere nobis frequenter probent.

2. Et quanquam, neque decreta eiusmodi ad rei futuritionem admittenda sint, (ut sequentibus disputationibus monstrabimus) eis tamen admissis, nequaquam illis contingentium futuritionem formaliter constitui ex eisdem eorum principijs ostenditur. Primo: quia rei futuritio